Cum iam dudum Ego Ffrancischa uxor Jacobi Lussem civis Maiorice sciens et attendens Petrum Dachs, Johannem Garreri, Bartholomeum Ribes, Philippum Muntaneri, Guillelmum Poncii, Arnaldum Romayam, Bnardum Vert, Bnardum
Romayam, Gabrielem Domenech, Guillelmum Muntanyans et Guillelmum Romayam habitatores parrochie de Muntuerio vendidisse cum instrumento tamen gratie redimendi jam diu est lapse domine Blanche uxori quondam Arnaldi sa Quintana pellipari civis
Maiorice Triginta quarterias frumenti censuales de sepa boni pulcri nitidi et receptibilis precio videlicet Ducentarum decem librarum Regalium Maioricarum minutorum quas oneraverunt ipsasque eidem domine Blanche et suis assignaverunt in festo sanctorum
Petri et Felicis mensis augusti allatas sive aportatas ad hospicium habitationis eiusdem domine Blanche et suorum in et super certa parte cuiusdam alquerie dicti Petri Dachs que est in dicta parrochia de Muntuerio quam partem per alodium fran-
chum liberum et quietum habebat et possidebat in dicta parrochia prout confrontatur ex una parte cum Raffallo Petri Poncii dicte parrochie et ex alia parte cum camino publico quo itur apud Porrerias et ex alia parte cum alqueria
Petri Moscati et ex alia parte cum residuo dicte alquerie dicti Petri Dachs ut hec et alia in quodam publico instrumento facto Maiorice quinta die mensis Madii anno a nativitate domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo, et clauso manu
discreti Jacobi de Tordera notarii publici Maioricensis lacius continetur, attendens etiam Ffrancischum Parera civem Maiorice velut manumissorem et exequtorem ultimi testamenti predicte domine Blanche uxoris Arnaldi sa Quintana pro
complenda et exequenda ultima voluntate dicte deffuncte vendidisse michi dicte Ffrancische predictas Triginta quarterias frumenti censuales precio Ducentarum decem librarum Regalium Maioricarum minutorum ut patet publico instrumento
facto Maiorice octava die mensis Julii anno a nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Secundo, clausoque et subsignato manu discreti Bnardi Sala notarii publici Maioricensis attendens insuper me amore dei et intuitu pietatis
et ad preces aliquorum proborum hominum dicte parrochie dimisisse juratis dicte parrochie ex predictis Triginta quarteriis frumenti censualibus Quatuor quarterias frumenti censuales reducendo et tornando easdem ad viginti sex quarterias frumenti censuales
dumtaxat, attendens insuper vos Ffrancischum More et Martinum Baneti juratos anni presentis dicte parrochie velle primus ante dictas viginti sex quarterias frumenti censuales emere et redimere et sepedictam alqueriam dicti Petri Dachs ac bona
predictorum obstancium easdem totaliter liberare et absolvere, et instanter ac instantissime me rogavistis et instrumentis hodierna die cum instrumento facto in posse infrascripti notarii requisivistis quod de dictis viginti sex quarteriis fru-
menti censualibus instrumentum vendicionis vobis facere deberem, Protanto intervenientibus tractatu et precibus aliquorum proborum hominum in hiis intervenientium gratis et ex certa sciencia per me et meos vendo et titulo vendicionis cedo et
quasi trado vobis dictis Ffrancischo More et Martino Baneti presentibus et ementibus nomine et vice dicte parrochie et habitatorum eiusdem predictas viginti sex quarterias frumenti censuales quas in predicto festo sanctorum Petri et Felicis augusti
prenominate persone michi faciebant et facere ac prestare tenebantur vigore predicte mee emptionis jamdictas igitur viginti sex quarterias frumenti censuales cum omni videlicet jure utili dominio usu, requisicione, perpetuo et domi-
nicatu easdem ac cum omni alio quocumque jure michi pertinenti in ipsis ac ratione easdem vobis dictis Ffrancischo More et Martino Baneti nominibus quibus supra vendo ut est dictum precio videlicet Ducentarum viginti quinque librarum Regalium Ma-
ioricarum minutorum quod precium a vobis habui et recepi numerando in presencia notarii et testium infrascriptorum [illegible] cum toto censu inde michi debito usque in presentem diem, Et sic renuncians exceptioni [illegible] non numerate et quod
non habite et non recepte ac dicti census per vos michi non soluti et doli mali, et accioni in factum Constituens in presenti [illegible] et ex nunc predicta que vobis vendo amodo vestro nomine possidere seu quasi donec inde possessionem apprehenderitis seu quasi quam
liceat vobis et vestris apprehendere seu quasi, et adeptam penes vos seu quasi retinere cum de vestra et vestrorum processerit voluntate Absolvendo et deliberando amodo prenominatos et partem predicte alquerie super qua dicte viginti sex quarterie frumenti cen-
suales fuerunt onerate et assignate ac cetera omnia alia eorum bona ad predicta expresse vel tacite obligata, ab onere et contribucione dictarum viginti sex quarteriarum frumenti censualium Cedens michilominus vobis et vestris omnia et singula lo-
ca mea jura voces vices et actiones ac persequciones reales et personales utiles mixtas aut alias quascumque michi pertinentes et pertinere debentes in predictis que vobis vendo ratione quacumque Constituendo vos et vestros ibi et inde
ut in rem vestram dominos et procuratores Ad habendum, tenendum, utendum et exprimendum in judicio et extra ac inde vestras et vestrorum omnimodas voluntates libere faciendum. Promitens vobis quod hanc vendicionem habebo perpetuo per me
et meos ratam, gratam, validam atque firmam, et non contraveniam de jure vel de facto aliqua ratione Et predicta que vobis vendo faciam vos et dictam parrochiam et singulares eiusdem semper habere et tenere pacifice et quiete
contra omnes personas et tenere inde vobis quibus supra nomine firmiter de eviccione et omni dampno et interesse litis et expensis ex dolo tamen culpa aut obligacione mea propria dumtaxat et non aliter Et pro predictis omnibus sic complendis et fir-
miter attendendis obligo vobis nomine jamdicto et successoribus vestris omnia bona mea ubique presencia et futura. Actum est hoc Maiorice Tricesima prima die mensis Julii anno a nativitate domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo [illegible] Sig+num mei
Ffrancische predicte que hec laudo et firmo.

Testes inde sunt venerabilis Guillelmus Geraldi in legibus licenciatus Petrus Badia notarius et Bernardus Huc mercator cives Maiorice.

Sig+num mei Mathei Alzeti notarii publici Maioricensis Qui hec scripsi et clausi Constat tamen de rasis et correctis in xvii linea ubi scribitur minutorum et in xxvii linea in dimidio dictam

romayam, Gabrielem Domenech, Guillmum Mutalrans et Guillmum Romayam habitatores prothie de Almunterio [illegible] cum instrumento tamen gratie [illegible]
Maioric Triginta quarterias frumenti censuales de sepa boni pulcri mundi et receptibilis precio videlicet Ducentarum decem librarum Regalium Maioric minutorum quas oneravit ipasque eidem domine Blanche et suis assignavit in festo sanctorum
Petri et Felicis mensis augusti allatas sive aportatas ad hospicium habitacionis eiusdem domine Blanche et suorum in et super certa parte cuiusdam alquerie dicti Petri Daths que est in dicta prothia de Almunterio quam partem per alodium fran-
chum liberum et quietum habebat et possidebat in dicta prothia prout confrontatur ex una parte cum Rafallo Petri Poncii dicte prothie et ex alia parte cum camino publico quo itur apud Porrerias et ex alia parte cum alqueria
Petri Moscati et ex alia parte cum residuo dicte alquerie dicti Petri Daths ut hec et alia in quodam publico instrumento facto Maioric quinta die mensis Madii anno a nativitate domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo, et clauso manu
discreti Jacobi de Tordesa notarii publici Maioric latius continetur attendens etiam Franaschum patrem [?] civem Maioric velut manumissorem et executorem ultimi testamenti predicte domine Blanche uxoris Arnaldi sa Quintana pro
complenda et exequenda ultima voluntate dicte deffuncte vendidisse mihi dicte Franasche predictas Triginta quarterias frumenti censuales precio Ducentarum decem librarum Regalium Maioric minutorum ut patet publico instrumento
facto Maioric octava die mensis Julii anno a nativitate domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Secundo clausoque et subsignato manu discreti Bernardi Sala notarii publici Maioric attendens insuper me amore dei et intuitu pietatis
et ad preces aliquorum proborum hominum dicte prothie dimisisse iuratis dicte prothie ex predictis Triginta quarteriis frumenti censualibus Quatuor quarterias frumenti censuales reducendo et tornando easdem ad viginti sex quarterias frumenti censuales
duntaxat attendens insuper vos Franceschum More et Martinum Baneti iuratos anni presentis dicte prothie velle prius a me dictas viginti sex quarterias frumenti censuales emere et redimere et sepedictam alqueriam dicti Petri Daths ac bona
prenominatorum a prestacione easdem totaliter liberare et absolvere, et instanter ac instantissime me rogavitis et instrictius hodierna die cum instrumento facto in posse infrascripti notarii requisivitis quod de dictis viginti sex quarteriis fru-
menti censualibus instrumentum vendicionis vobis facere deberem, Protanto intervenientibus tractatu et precibus aliquorum proborum hominum [?] intervenientium gratis et ex certa sciencia per me et meos vendo et titulo vendicionis cedo et
quasi trado vobis dictis Franascho More et Martino Baneti presentibus et ementibus nomine et vice dicte prothie et habitatorum eiusdem predictas viginti sex quarterias frumenti censuales quas in predicto festo sanctorum Petri et Felicis augusti
prenominate persone mihi faciebant et facere ac prestare tenebantur vigore predicte mee empcionis, jamdictas itaque viginti sex quarterias frumenti censuales cum omni videlicet iure utili dominio usu, requisicione, perpetuo et cum
dictis easdem, ac cum omni alio quocumque iure mihi pertinenti in ipsis ac racione easdem vobis dictis Franascho More et Martino Baneti nominibus quibus supra vendo ut est dictum precio videlicet Ducentarum viginti quinque librarum Regalium mi-
noricarum minutorum, quod precium a vobis habui et recepi numerando in presencia notarii et testium infrascriptorum [illegible] renuncians toto censu inde mihi debito usque in presentem diem. Et sic renuncians excepcioni [illegible] non numerate [illegible]
ne habite et non recepte ac dicti censuus per vos mihi non soluti et doli mali et accioni in factum. Constituens me pro [illegible] et ex nunc predicta que vobis vendo amodo vestro nomine possidere seu quasi, donec inde possessionem apprehenderitis seu quasi quam
liceat vobis et vestris apprehendere seu quasi et adepta penes vos seu quasi retinere cum de vestra et vestrorum processerit voluntate. Absolvendo et deliberando amodo prenominatos et partem predicte alquerie super qua dicte viginti sex quarterie frumenti cen-
suales fuerunt onerate et assignate ac cetera omnia alia eorum bona ad predicta expresse vel tacite obligata ab onere et contribucione dictarum viginti sex quarteriarum frumenti censualium. Cedens insuper vobis et vestris omnia et singula lo-
ca mea iura voces vices et acciones ac persequciones reales et personales utiles mixtas aut alias quascumque mihi pertinentes et pertinere debentes in predictis que vobis vendo racione quacumque. Constituendo vos et vestros ibi et inde
ut in rem vestram dominos et procuratores ad habendum, tenendum, utendum, et explicandum in iudicio et extra ac inde vestras et vestrorum omnimodas voluntates libere faciendum. Promittens vobis quod hanc vendicionem habebo perpetuo per me
et meos ratam gratam validam atque firmam et non contraveniam de iure vel de facto aliqua racione. Et predicta que vobis vendo faciam vos et dictam prothiam et singulares eiusdem semper habere et tenere pacifice et quiete
contra omnes personas et teneri inde vobis quo supra nomine firmiter de evictione et omni dampno et interesse litis et extra ex dolo tamen culpa aut obligacione mea propria duntaxat et non aliter. Et pro predictis omnibus sic complendis et fir-
miter attendendis obligo vobis nomine iamdicto et successoribus vestris omnia bona mea ubique presencia et futura. Actum est hoc Maioric Tricesima prima die mensis Julii anno a nativitate domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo. Sig+num mi-
Franasche predicte que hec laudo et firmo.

Testes inde sunt venerabilis Guillmus Geraldi in legibus licenciatus Petrus Badia notarius et Leonardus Huc mercator cives Maioric.

Sig+num mei Mathei Salzeta [?] notarii publici Maioric qui hec scripsi et clausi. Constat tamen de rasis et correctis in xvij linea ubi scribitur minutorum et in xxij linea in dictione dictam.

Rebé ne de Marchen Salzet [?] per la present carta e los [illegible] aquela del [illegible] en [illegible]
paguant per la [illegible] dues lli[?]

PERG.
6
1380

1380